

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

118. An inter fideles possit esse matrimonium, quod non sit
Sacramentum? Sed nota, obsecro Amice lector, quod quando quis
contraheret sine formali, aut virtuali intentione faciendi quod facit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

Sup. hoc in §. 1. **C**uriosa magis quam utilis erit hæc qua-
tom 3. tr. 1. **C**uriosio. Negariuam sententiam docet Basilius
lege doctri Pontius de matrīn. lib. 1. cap. 4. n. 11. Vasquez in 3.
nam Ref. 78. part. som. 4. disp. 1. de matr. cap. 3. Rebello. part. 2. lib. 2.
& aliarum eius primæ q. 2. num. 7. Sylvius in 3. part. 9. q. 4. art. 2. concl. 2. ad
annos. argum. & alij penes iplos, putantes mundi iam si-
nem instare in rati calu, & id est necessarium non esse
ad aliud. **C**ontra. **C**ontra. **C**ontra.

matrimonium contrahi à Religiosis, ut per illos genus humanum restauretur.

2. Mihi verò magis placet lenta tanta affirmativa quam docent DD. quos citat, & sequitur Sanchez tom. 1. lib. 2. disp. 3. n. 4. quibus ego addo Reginaldum in praxi tom. 2. lib. 31. cap. 2. n. 8. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 13. diffio. 3. num. 1. Et ratio est virginitate necessitate obligans, sed in nostro casu maxime virget, nec seclusa De revelatione finem mundi adesse considerare poterit. Ergo, &c.

Snp.hoc in
tom.3, p.17.
Vid. doctrin-
ale Reg.79.
Signatur in
§. Ad secun-
dum.

3. Notandum vero cum Sanchez, & Reginaldo
loca citatis, posse etiam nunc occurre casum, in
quo aliquis Religiosus teneretur matrimonium con-
trahere, ut quando sequerentur seditiones, & bel-
la, nisi Principis filius vxorem duceret: tunc enim
sub onere peccati mortali matrimonium initii tene-
retur, non ratione precepti matrimonij. Sed ad ca-
sus practicabiles veniamus, id est quarto.

RESOL. CXVII

*An mutus, & surdus, & simul cecu à natura posse
inire matrimonium?
Et quid si cecitas non esset à natura, sed supernaturale?
Ex p. 5. tr. 6. Ref. 10.*

§. 1. A Ffirmatiam sententiam docer Hoftiensis,
Ioannes Andras, Cardinalis Panormitanus,
nus, Alexander de Næuo, Henricus, & aliquos a-
tat Ceuallios tom. 3., commun. opin. quest. 7. o. r. 33.
Gutierrez de matrim. cap. 8. num. 4. & ex Summittis
hanc sententiam docent vii doctissimi, Angelus
verb. matrimonium 3. imped. 18. in principiis & Ta-
biena eodem verb. 2. quest. 6. num. 7. in p. v. sic docen-
rit: Sed quid de illo, qui est excus, mons, & sur-
dus? Respondetur secundum Panormitanum in cap.
cum apud, de sponsal. post Hoftien. quod attenden-
dum est, virum possit exprimere confessum fatus
& sic admittatur, si autem non potest, quod inde
attribuitur, virum possit exprimere, & hanc regi-
latur. Ita Tabiena.

RESOL. CXVI.

An surdus, & mutus à natura possint contrahere matrimonium? Ex p.5. tr.6. Ref.9.

§. 1. Pro parte negativa posset quis dicere non posse, quia ius ciuile, ut dicemus infra prohibuit his contractus inire, quia faciliter deciperentur. Ergo a fortiori idem dicendum erit de contractu matrimonij. Et ita tenet Anchutanus in cap. cum apud, de sponsalib. n. 5. scilicet ibi Abbas n. 6. Bullus in Oeconomia can. cl. lass. 2. 6. 4. §. 7. lit. S. Flaminius de resonat. beneficio lib. 9. n. 26. Barbatia lib. 2. cons. 59. num. 10. Cardinalis Parisius lib. 4. cons. 63. n. 4. & alij.

2. Sed contraria sententiam veram esse puto,
quam tuerit ex multis Doctoribus Sanchez de ma-
trim. tom. 1. lib. 1. disp. 8. num. 12. vbi sic ait: Ve-
rius exstimo, posse mutum simul ac surdum, si in-
tellectum perspicacem habeat, ita ut signis edoce-
ri possit, quid sit matrimonium, & signis indica-
re consensum, valide contrahere sponsalia, & ma-
trimonium: probatur ex dict. cap. cum apud. vbi in
responsione sic dicitur: Videatur si talis, nempe mu-
tus, & surdus, de quo erat questio, velit contra-
here, non deberet sibi denegari, vbi cum loquatur
in singulati, videatur intelligere de eodem utroque
morbo laborante. Præterea, quia aliqui muti ita
sunt perspicaci, & acuti ingenij, ut multa expli-
cata difficillima facilè signis manifestent, aliaque
ipius significata intelligent, ut experientia ipsa testa-
tur: tandem, quia hi secundum omnes possunt con-
sisteri, & absoluiri; ergo & contrahere matrimonium.
Ita Sanchez, cui adde Gutierrez de matrimon. c. 8. n. 3.;
Franciscus Mol. de ritu nupiarum lib. 1. compar. 31.
Barbolam in leg. cum prætor, §. fin. n. 29 ff. de iudicis.
Ripol var refol. c. 18. n. 207. Naldum in summa, ver.
mutus, n. 1. & Hurtadum de matri. disp. 3. z. 3. n. 8.
Ita ista afferit: Qui à nativitate simul est surdus, &
mutus, si sic videns, & perspicacis ingenij, poterit
valide contrahere matrimonium, quia signis visa
percepitis, poterit percipere contractu matrimonij,
quem videt aliquando celebrari, aliquid fieri ordi-
natum ad commixtionem carnalem, ac proinde in
d consentire, & de eo signis pacisci. Hæc ille,

3. Et post hæc scripta inuenio hanc sententiam docere etiam Basilius Pontium de matrimonio, lib. 12, cap. 12, num. 16. Ea, inquit, quæ hæcens diximus de signis consensus matrimonij, vera etiam sunt in mutis, & surdis, cum edoceri possit, quid sit matrimonium, sicut & edocentur difficultata. At si etiam simul cæcus esset à natura, non video quomodo discere possit, quid sit matrimonium, aut signis exprimere consensem, scimus b' cæci non esset à natura, sed superuenient. Hæc Ponit. Vnde cùm hanc opinionem doceant Theologi, patto non esse audiendos Iurisconfusios; licet ex ipsi nouissime nostram sententiam sequatur Antonius Rippoll variar, resolut. cap. 8, n. 108, vbi sic ait. Si cæcus esset simul, qui mutus, & furdus à natura est, cum desit modus, quo possit ipse percipere id quod fecit, certè talis non posset contrahere, cum non adsit motus, per quem percipere ipse possit quid agat. Ita ille.

RESOL. CXVIII.

*An inter fideles possit esse matrimonium quod non
Sacramentum?*

Sed nota, obsecro amice Lector, quod quando quis con-
traheret sine formalis, aut virtuali intentione facien-
di, quod facit Ecclesia, licet illud matrimonium
non sit Sacramentum, quia in Matrimonio non sicut in-
tensione necessaria, attamen validam manu inven-
tione contractus: ita ut contrahentes non possint
deinde nubere, neque in posterum posse tale mari-
monium effici Sacramentum. Ex part. 3, tractat. 4.
Ref. 254, alias 255.

Quæ hic est §. 1. Diximus in superiori resolutione ministros
supra Ref. 96. & huius Sacramenti esse ipsos contahentes,
& cùm omne Sacramentum perficiatur intentione
ministri, queritur modò, an si fideles contrahentes
habeant intentionem celebrandi matrimonium, non
tanquam tem sacram, sed tantum ut contractum, re-
vera tale matrimonium non esset Sacramentum, va-
leat tamen ratione contractus? Nonnulli negant,
quia ex Christi institutione inseparabilis est ratio
Sacramenti à contractu matrimonij, unde intentio
conficiendi Sacramentum repugnat intentioni legi-
timè conficiendi matrimonium, quatenus est con-
tractus. Sicut è contra qui intenderet facere Sacra-
mentum, non contractum, nihil efficaret, quia ex
Christi institutione hæc duo sunt inseparabiliter
coniuncti, & se mutuo ponunt, & deflentur. Ita
Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 10. num. 6. Lay-
man lib. 5. r. ch. 10. part. 2. cap. 2. n. 2. Coninch de Sa-
cram. disp. 24. dub. 1. concl. 4. Petrus de Ledefina de
matrimon. quest. 42. art. 1. dub. 7. ad 1. & 2. cum aliis.

2. Mihî vero contraria sententia placet, quam
aduersus Sanchez non solum tenet Basilius Pontius
de matrim. lib. 1. cap. 9. num. 3. & Villalobos in summa
tom. 1. tr. 13. disp. 6. num. 4. sed ex ipsam Societate
Gabriel Vasquez tom. 2. in 3. part. disp. 138. cap. 5.
in princ. & ante omnes Rebellius part. lib. 2. qu. 5.
concl. 1. Nam quarto à Sanchez, & aliis Doctoribus,
vnde colligant eo modo factam à Christo institu-
tionem, cùm corum assertio ab institutione dependeat:
eam enim non explicita Concilia, neque insinuant
sancti Patres, neque etiam vñanmis Doctorum opini-
o. Et idem plures Doctores, vt supra visum est, do-
cent, & docuerunt, matrimonium inter absentes,
& per procuratorem esse firmum, atque legitimum,
non tamén Sacramentum: & non pauci recentiores
iudicari hanc opinionem adhuc post Concilium
Tridentinum esse valde probabilem. Ergo, &c. Ce-
teras rationes videbis apud Rebellium.

3. Ex his omnibus luitur (nota Lector) quod quando aliquis contraheret sine formalis, vel virtu-
ali intentione faciendo, quod facit Ecclesia, licet illud
matrimonium non sit Sacramentum, quia in mini-
stro non adfuit intentio necessaria, attamen manet
validum in ratione contractus, ita vt contrahens
non possit deinde alteri nubere, neque in posterum
posset tale matrimonium effici Sacramentum. Et ita
docet Pontius & Vasquez, ratio Sacramenti matrimo-
nij, annexa est fieri contractus, non vinculo rema-
nenti post contractum. Constitutus enim hoc Sacra-
mentum in actione, sicut & alia omnia, excepta
Eucharistia, & in eo fieri ipsius contractus datur gra-
tia, non postea, vt certa sententia Doctorum est;
post semel autem contractum validè matrimonium,
non potest denuo esse aliud fieri eius contractus;
vinculum enim matrimonij relictum, in nullo peni-
tus iam dependet à consensu eorum, qui contrahen-
runt. Quare cùm etiam renouetur consensus, ni-
hil efficaciat contra contractum antea validum, nec
adhuc beatur materia, & forma; cùm solum verbote-
nus renouetur consensus, & Sacramentum matrimo-
nij tantum consistat in fieri, nec possit esse, nisi
re ipsa fieri contractus, quod iam factum est; ergo
non potest iam amplius fieri Sacramentum.

Supra in
Ref. que hic
est infra
126. & in
alio vers.
eius annot.

RESOL. CXIX.

An matrimonium Catholicum cum Heretico sit licitum,
cum periculo perversionis, quando tamen ex magna
aliqua causa contrahitur?

Ex quo inferitur non esse peccatum exponere se periculo
spiritualis salutis ex causa aliqua urgenti?

Etiamque cursim deducitur posse hominem aliquod me-
dicamentum sumere ad asequendam salutem quamvis
probabiliter putet ex eo futuram feminis effusionem?

Et adueritur, quod ab solui potest, qui ex rationabili,
& iusta causa non vult dimittere peccandi occasio-
nem, modo proponat firmiter non peccare, etiam se
aliquoties si relapsus? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 268.
alias 269.

§. 1. **M**atrimonium Catholicum cum infideli, hæ-
retico vel pagano non esse ita intrinsecè
malum, vt nulla circumstantia reddi possit licitum,
sed aliquibus addiūs, vel mutatis circumstantiis li-
cet aliquando posse, & sine peccato contrahi, do-
cuerunt Sanchez de matrimon. tom. 2. lib. 7. disp. 72.
num. 5. Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 11. quest. 5. Filiarius
tom. 1. tr. 10. cap. 6. part. 2. quest. 2. Coninch de Sa-
cram. disp. 31. dub. 3. concl. 3. Bellarminus de matrim.
lib. 2. cap. 23. propof. 4. Reginaldus in praxi, tom. 2.
lib. 23. num. 169. Serarius in opus de matrim. Catol.
cum heret. num. 18. & alii.

2. Difficiliter est, an eti probabile periculo
perersionis dictum matrimonium sit licitum ex
magna aliqua & eximia causa, puta vel augmenti
& propagationis Ecclesie, vel tranquilli eius
status, vel libertatis Catholicorum, qui sub aliquo
hæretico Principe, & Consiliariis hæreticis oppres-
teneantur. Hoc dubium apud neminem inueni, nisi
apud doctissimum Basilium Pontium de matrim. in
appendice, cap. 6. vbi affirmatiua sententiam ex
pluribus tenet. Et ratio est, quia exponere se periculo
spiritualis salutis amittendæ, quamvis peccatum
sit, non tamén ex his peccatis est, quia quavis cir-
cumstantia posita, vel detracta suam deformitatem
retinet, sed eius malitia pendet ab his, vel illis cir-
cumstantiis. Vnde ea expeditio periculi non erit pec-
catum, quando ex magna fiat, & urgenti cauila:
tunc enim non est amare periculum, sed amare illud
ingens bonum, ad quod sine eo periculo perueniri
non potest, & ideo periculum adeat iniuitus, non
amans. Sed totum hoc accidit in casu proposito
Ergo, &c. Non esse autem peccatum exponere se pe-
riculo spiritualis salutis causa aliqua urgente, do-
ceret D. Thomas in 2.2. quest. 10. art. 9. in corpore, At-
milla verb. periculum. Graffius de arbitr. confess. 2. cap.
49. num. 5. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 3.
Lopez in instru. penit. ... part. 1. cap. 20. conclus. 1. &
4. Naufractus in man. cap. 3. num. 14. & in cap. negotia,
penit. disp. 5. num. 8. Henriquez lib. 4. cap. 15. num. 3.
Sed audiamus de hac re disserentem Caietanum in
summa, verb. periculum, sic enim ait. Secundò, eundo
ad locum, sine societatem ubi est periculum peccandi
mortaliiter propter aspectum, persuasione commo-
ditates, aut aliquid huiusmodi, & hoc quidem si
sine urgente necessitate sit, ad incautelæ peccatum
spectat, non est autem ex suo genere peccatum mor-
tale; quia in sua libertatis arbitrio restat peccare
mortaliiter, etiam praesentibus talibus occasionibus
peccandi. Ita ille, hinc Emanuel Sà verb. absolutio,
n. 12. sic afferit. Item absolui potest, qui ex rationabili,
& iusta causa non vult omittere peccandi occa-
sionem, modo proponat firmiter non peccare,
etiam se aliquoties si relapsus.

Quamvis
non piene
sup. hoc, ta-
men in tom.
2. tr. 1. lege
latam do-
ctrinam Ref.
86. signanter
à §. Sed quid
descendunt,

Sup. hoc in
tom. 8. tr. 6.
ex Ref. 11.
lege doctrin-
na à §. Non
definiri, &
seq. & Ref.
carum anno-
tationum. Et
pro conten-
to in vers.
Non esse au-
tem, huius
textus, ibid.
signanter in
§. vit. & in
alii eius
princeps
sed lege cas
per fortas, &
alias carunt
annotatione-
num.

Sup. hoc in
tom. 1. tr. 4.
ref. 29. & la-
tissime in
multis aliis
eius priuile-
giis.